



Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. LXVI. Viterbien. successionis. De eadem materia Religiosorum, & an & quando Monasterium succedat, An id procedat ad favorem alterius quàm ipsius Monasterii putà ejus cui Religiosus ante ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

alias filias esse in saeculo nupturas, filiosque procreaturas dum etiam istos, matribus praedefunctis substituitur signum clarum, quod eos speravit, Ideoque ex hoc fundamento tutius videbatur reluctant bonum jus haereditatis per gravatum institutum tanquam ex defecta conditione, seu verius ex caducata substitutione per praedecessum substitutorum.

VITER BIEN. SUCCESSIONIS

P R O

MONASTERIO S. CATHARINÆ

C V M

IOANNE ALAMANDINO.

Casus disputatus coram A. C. & concordatus.

De eadem materia Religiosorum, & an & quando Monasterium succedat necne loco filii. Et quatenus succedat, An id procedat ad favorem alterius quam ipsius Monasterii, puta ejus cui Religiosus ante professionem fecit cessionem.

S V M M A R I V M.

- 1 **F** Acti series
- 2 **F** Quod non competat tertio opponere de fideicommissio ordinato ad favorem alterius & de ratione.
- 3 Donatio vel renunciatio generalis non comprehendit bona differentia ad extraneos non transmissibilia.
- 4 De Regula quod Monasterium succedat loco filii.
- 5 De ejusdem regula ampliatione qua reprobatur.
- 6 An Statutum Urbis per quod filii in conditione positi censentur vocati, conveniat Monasterio succedenti loco filii.
- 7 Statutum loci, in quo testator condidit testamentum capit etiam bona extra territorium, & de ratione.
- 8 Referuntur diversae rationes quibus innixa sit conclusio, de qua nu. 4.
- 9 Quomodo dictae rationes attendi debeant.
- 10 Quando intret dicta conclusio de Monasterio succedente loco filii, ut scilicet, quando id operatur effectum ad favorem ipsius Monasterii non autem Tertii.
- 11 Dicta conclusio de Monasterio succedente loco filii, cessat ubi ponuntur in conditione filii legitimi & naturales.
- 12 Cessat etiam ubi substituti sunt verisimiliter magis dilecti.

Bartholomaeus Piccalugus in ejus testamento condito in Urbe instituta Isabella tunc illi absque filiis legitimis decedenti substituta dam conjunctos quorum unus erat Joannes Alamandinus, cui dicta Isabella ingrediens Monasterium excepta dote, donavit omnia ejus jura. Unde postquam fu ejus mortis in statu Monialis professae, & quastio inter Monasterium, & dictum Alamandinum, alteram vero substitutam, & introducit duplicem representantem personam, unam coram A. C. post plures disputationes me habet pro Monasterio habitas, ob difficultatem agentibus pro Monasterio infirmatas, & a iudice excitatas contra Joannem, proinde concordia, qua controversiae finem dedit.

In his autem disputationibus duas contulit inspectiones, unam considerando dictum Alamandinum tanquam Monialis donatarium universale, & qualitate substituti, & alteram tanquam filium. In inspecta prima persona dicebam nullum esse donatarium competere in bonis sub dicta conditione cadentibus, dum per mortem dictae Isabella sine filiis purificata erat dicta substituta quam resoluta ejus jure cum vita, non per donatarium pretendere hujusmodi bonorum prehensione sub donatione.

Et quamvis haec videretur exceptio de jure in hac potissimum materia non admittenda, possit substitutus non agnoscere fideicommissum sine qua agnitione plenum d. minimum non perseverat in haerede gravato, ejusque iure continuationis, donec resolvatur per ejus nem, sine qua receptum habemus creditum substituti nullum jus acquiri, quamvis filium nullum delatum esset; Dupliciter tamen in facti specie hanc substitutionem deducimus. Primò scilicet non comprehensionis hujusmodi bonorum differentium, ac de sui natura non transmissibilem sub dicta donatione facta de bonis pro ex verisimiliter cessante ipsius donatricis vel juxta theoreticam Bartoli in l. qui Roma & d. numer. 24. ff. de verb. oblig. quam DD. communiter sequuntur, ut habetur per Rotam d. par. 3. rec. & pluries sub tit. de renunciatis in Romana seu Urbevetana successione, & in Romana fideicommissi de Streccatis, ac etiam sub tit. de emphyteusi, & pluries incidenter in titulo.

Et secundò fortius, quia regulariter, & in multis conjecturis diversae voluntatis testatoris Monasterium succedit loco filii ideoque defertur conditionem, sine filiis, ad reatum in hoc presenti auct. de Sanctissimis Episcopis cap. de probacionibus, & firmant communiter sequentes doctrinam Bart. in auct. ingre. Sacros. Eccles. ex deductis per Tirapell. in quam verbo susceperit liberos à num. 41. Mantica de conjectur. lib. II. tit. 7. Accus. presumpt. 83. Fusar. quast. 429. num. 8. Franch. decis. 29. Sperell. decis. 153. num. 1. sequen. Rota decis. 358. par. 3. rec. & in aliis adeo tenaciter aliqui procedere voluerunt, ut verint in testatore potestatem, ita ut ejus voluntas pressa vel conjecturata voluntas non obderet. Quis per Gemen. in practicabil. Eccl. 1247. n. 1. Marta cons. 141. Fusar. dicta quast. 429. n. 19. & 10.

tamen opinio est hodie passim rejecta ut advertitur supra disc. 63 & sequen. ubi quod non dubitatur amplius de potestate, sed sola questio est voluntatis, ut ut etiam habetur apud infra allegatos super dicta conclusionis limitationibus.

Præsupposito igitur, quod testatoris voluntate non adversante, esse in casu regula, ut Monasterium succederet loco filii in conditione positi, ejusque jure tendendum esset, Dicebam scribens tanquam Advocatus Monasterii, exinde, resultare ejusdem Monasterii successorem jure substitutionis, ac propria vocationis independentem à Moniali, stante statuto Urbis 142. ut filii in conditione positi censentur vocari, perinde ac si expressè ac dispositivè, ut infra pluries in hac materia filiorum in conditione positorum; Verum reflectendo ad veritatem super hoc motivo maturum judicium efformare non potui, cum tunc non liceret habere auctoritates vel decisiones ad hos præcisos terminos descendentes, neque adhuc oc casio dedit id formiter disputare; Ubi autem ageretur de filiis veris non dubitaretur statutum intrare; Quamvis enim Civitas Viterbien. sit extra districtum Urbis, undè bona controversia sub illis statutis regulariter non cadunt, Attamen quatenus Monasterium verè habendum esset loco filii, ita ut caderet sub dicta dispositione statuarum, sub ea venirent hæc bona, non quidem in ratione auctoritativa, sed in ratione præsumptæ voluntatis testatoris in Urbe morientis, ac testantis, ut censetur voluisse disponere juxta leges ac statuta loci, in quo testatus est, & consequenter quod dispositio capiat etiam bona extra territorium, ut in his specialibus terminis forensis testantis in Urbe bene Rota apud Merlin. decis. 447. nem. 14. cum sequen. & repetit. decis. 355 par. 5. rec. adden. ad Burt. dec. 834.

Ratiocinando autem super hoc puncto, ac etiam scilicet dicto Statuto, in puris terminis juris communis, Dicebam, quod quamvis DD. magis communiter concordent in ipsa principali conclusione, ut Monasterium succedat loco filii, discordant tamen in ejusdem conclusionis ratione ex deductis apud Sperell. dicta decis. 152. & Rota dicta decis. 358 par. 3. rec. Tres enim assignantur diversæ rationes; Prima est, ut illud sit privilegium concessum Monasterio seu Religioni, ut ejus favore hujusmodi substitutiones corruant, ac pro non scriptis habeantur; Altera est, quod Monasterium ex legis dispositione verè habendum sit loco filii perinde, ac si ab ipso Religioso genitum esset; Et tertiò deducitur ex præsumpta voluntate testatoris, quod quemadmodum in casu quo ex herede gravato supersent filii, noluit vocare substitutum, ut ita gravato libertas remaneat juxta regularem ordinem disponendi cum ejus filiis, sive ad eos bona tanquam libera transmittendi, ita idem voluerit cum Monasterio.

Non concedebant tamen currentes occupationes, ac etiam nimium strictus Curæ stylus, formiter, & ex professo examinare singulas rationes prædictas, earumque fundamenta, ad effectum inspicendi, quam esset verior; Si enim esset verior secunda, quod Monasterium per veritatem haberetur loco filii ad omnes effectus, tunc intraret de plano dicta statuarum dispositio; Pro ea tamen reflexione, quam tunc facere potui, credebam nullam ex his rationibus, solam, & de per se esse sufficientem & congruam, sed quod bene omnes res essent considerabiles insimul junctæ, utpotè ad

Sardin. de Luca de Fideicom.

eundem finem tendentes; Prorsus enim improbabilis est prima, cum illa assignetur per negantes potestatem in testatore excludendi Religiosos & Monasteria, sed bene illa juris dispositio à qua tenentes hanc reprobam opinionem deducunt defectum potestatis, deservit ad corroborandam tertiam rationem præsumptæ voluntatis testatoris, qua posita tanquam de consequenti, resultat ille effectus, quem aliqui assignant pro ratione, ut ita Monasterium stare, seu succedere dicatur loco filii & sic omnibus insimul ponderatis, atque in idem concurrentibus.

Quo posito, dicebam, eatenus conclusionem intrare, quatenus illa suffragetur Monasterio, ita ut dicta conclusio ad ejus verificationem requirat copulativum concursum præsumptæ, seu non adversantis voluntatis testatoris, & favorem Monasterii, cujus commodo id cedat, non autem tertii cessionarii; Ad quod ponderabam ea, quæ ex pluribus decisionibus Rotæ impressis post Giovagn. conf. 55. lib. 1. & in aliis deductis ab eodem Giovagn. conf. 48. & seqq. habentur in Bonon. detractionum sub tit. de dote disc. 12. super conclusione, ut pingue legatum relictum pro dote filie nubendæ, non refragante contraria voluntate testatoris, debeatur etiam ingredienti Monasterium, quamvis pro eo tanta dos necessaria non sit, nam intelligitur, dummodo id cedat ad favorem Monasterii non autem extranei, cui ingrediens Monasterium iura cesserit; Sic à pari, cumulando in idem etiam primum motivum super insinuatam non comprehensionis hujusmodi bonorum sub donatione juxta theoreticam Bartoli in l. qui Roma.

Quando aliud non obstat, credidissimè juxta præmissa aliquam majorem probabilitatem Monasterio assistere, atque talis erat etiam sensus iudicis; Verum satis obstat videbatur contraria voluntas testatoris ponendi in conditione solos filios per veritatem, non autem per fictionem, dum illis adjecit qualitatem legitimorum & naturalium per quam videtur Monasterium excludi juxta magis communem ac probabilem, de qua Mantie. de conjectur. dicto lib. 11. tit. 7. Peregr. art. 28. num. 78. Franch. dicta decis. 29. & ceteri apud Fusar. dicta quest. 429. num. 35. Licet non desint id negantes, dictamque qualitatem legitimorum & naturalium referentes ad excludendos filios naturales vel adoptivos ex deductis per Mantie. dicto tit. 7. num. 20. & Casp. Latr. consult. 63. num. 5. cum sequen.

Clarius verò istam conjecturam procedere observabam in hac facti specie, quod inter substitutos aderat unus qui erat ipse testatoris pater, verisimiliter, deficiente propria filia, vel nepotibus & descendentibus ex ea, magis dilectus, cum una ex limitationibus, quæ tribuuntur dictæ conclusioni de Monasterio succedente loco filii, sit ista, quod scilicet substituti sunt descendentes testatoris seu aliis verisimiliter magis dilecti, ut apud Franch. d. decis. 29. Fusar. d. qu. 429. num. 48. cum sequen. cum aliis apud eos, multo magis utraque circumstantia simul junctæ, ideoque ob hanc difficultatem libenter dictam concordiam consului cum alias pro meo iudicio de juribus Monasterii potius timendum videretur, considerando tamen dictum Joannem, juxta secundam personam substituti magis, quam juxta primam donatarii, licet ei magis expediret sustinere primam personam, qua mediante totum commodum fuisset suum, cum ita esset aliis substitutis commune.

LUCA
ve
umentis
cat
VI
9

P A R M E N .
PRIMOGENITVRÆ
DE MANFREDIS

P R O

COMITE ALBERICO
DE MANFREDIS

Responsum pro veritate.

De eadem materia exclusionis Religio-
forum & Monasteriorum, Et an illa
conveniat clericis sæcularibus, si te-
stator excludendo Religiosos adjecit
etiam verbum *Sacerdotum*; Et quate-
nus talis exclusio etiam clericos sæ-
culares includeret, An compræhen-
dat illum, qui specialiter per nomen
appellativum à testatore vocatus est,
ob dictam qualitatem postea super-
ventam.

S Y M M A R I V M.

- 1 **F**acti series.
- 2 **D**e Vocabulo Sacerdotii, vel Sacerdotis, quibus conveniat.
- 3 **Q**uod in hac facti specie convenias solum profitentibus vitam regularem.
- 4 **D**e clericis sæcularibus haberi dicitur iure regularium, ita ut Ecclesia succedat loco filii sicuti Monasterium.
- 5 **D**e differentia inter clericos regulares, & sæculares in proposito successione in fideicommissis.
- 6 **D**e usu bonorum & reddituum, qui permittitur regularibus.
- 7 **D**e differentia inter clericos regulares, & sæculares in maioribus Hispania.
- 8 **D**e eadem in successione feudorum.
- 9 **D**ifficilius intrat exclusio ratione religionis, vel clericatus, illorum qui proprio, & appellativo nomine vocati sunt.

D I S C. LXVII.

ORdinata per Comitem N. de Manfredis per-
petua primogenitura in ejus familia, vocando
cum ordine per eum præfinito prius quosdam def-
cendentes, seu proximiores, inter quos specialiter,
ac per nomen appellativum erat Comes Albericus,
deindeque alios remotiores, adjecta declaratione
ut sub filiorum ac descendendum & primogenito-
rum nomine ac appellatione, tam in parte dispo-
sitiva, quam in conditionali, non venirent, qui Re-
ligionem aut Sacerdotium professi essent vel profi-
terentur, minusque Ecclesiæ & Monasteria; Cum
defectis omnibus aliis proximioribus prius vocatis
esset solum superstes dictus Comes Albericus, qui

post mortem testatoris sacros ordines, & ad
sacerdotium susceperat, facta ampla renunciatio
ad favorem ejus fratrum sæcularium, cum
tamen mihi obscura facti serie, dum non
transmissa, reassumpta fuit; Hinc proinde
et primogenitura orta est controversia cum
tioribus de familia subsidiariè vocatis, præ-
tibus ob dicti Alberici exclusionem vel incapacita-
tione sacerdotii, eorum successioni locum
esse, unde desuper pro veritate consultus fui.

Tres autem punctos continebat notula,
qua petebatur responsum, Primò circa renun-
tationem quam dicti remotiores agnati præ-
berico obstare prætendebant, ubi etiam dispo-
sio ei non obstaret; Verum super hoc parum
moratus fui, cum clarum videretur renunciatio
esse personalem, & in gratiam fratrum et
descendentium, non autem realem ac
extinctivam per quam ipso penitus de munda-
to, remotioribus nec à renunciante, nec in-
ciariis verisimiliter contemplatis locus foret,
ita ea quæ frequenter habentur in sua matre
tit. de renunciationibus.

Secundò circa defectum potestatis testatoris
cludendi eligentes vitam Ecclesiasticam & Regu-
sam, ita ut talis dispositio habenda esset præ-
scripta, super quo scribentes de partibus con-
tero stylo nimium se diffundebant, sed præter
per hoc parum ac ferè nihil immoratus fui,
hodie potestas videatur indubitata ex deducit
disc. 63. & sequen.

Restringendo igitur responsum ad solum
punctum voluntatis, illum distinguebam in du-
spectiones, unam scilicet generalem, & aliam
exclusio profitentium Religionem & Sacerdotium
compræhenderet clericos & sacerdotes facti.
Et alteram particularem, An scilicet, postea
dicta comprehensione, respectu aliorum pro-
vocati sub generali, seu colectivo nomine
entium, illa obstaret dicto Alberico, qui
presse ac proprio & appellativo nomine
fuerat.

Quoad primam, probabilius respondendum
fui, attento toto dispositionis contextu, &
torem intellexisse solum de profitentibus in
Religione vel Congregatione Regulari, non
tem de clericis sæcularibus; Licet enim
tium alternativè posuerit cum Religione
ligionem aut Sacerdotium professi fuerint, &
Sacerdotii vocabulum absque dubio convenit
jam clericis sæcularibus in presbyteratus
constitutis, quinimò aptum sit ex ejus
ficatione convenire etiam clericis in minoribus
gl. & DD. in cap. si quispiam de cohabit. cler. p.
tex. & in aliis habetur apud Fab. de Ann. v.
num. 13. Rot. apud Merlin. decis. 687. num. 22.
repetit. decis. 59. par. 7. rec. quod tamen
ctum, an beneficium sit Sacerdotale, necne
habet difficultates, ut decis. 496. par. 1. rec.
8. decis. 719. num. 3. par. 2. & de quo decis.
12. rec. & in sua materia sub titulo de benef.

Attamen in hac facti specie, inspecto
dispositionis, omninò probabilius videbatur
torem sensisse de illo sacerdotio, quod præ-
ret illum eundem effectum quem producit
in Religione, ut de facto in sæculo currenti
ille status regularis, quem profitentur plures
seu presbyteri, qui nolentes dici fratres, vel Monachos
se nuncupant presbyteros vel clericos, eorum